

regna in regno condita, & in partes plures vix leviter in-
tuo connexas vasta illa Imperii moles transiit; testante
Amplissimo Domino Præside *in not. ad Lampadium.*

XL.

Eo itaque excrevit & hodie progressa est potentia
Principum, ut dignitates & imperia non minùs propria
sibi vendicent ac si Reges essent. Quapropter nemo est
qui non hoc in ore habeat: quemvis Principem in suo
territorio posse quod Imperator in universo Imperio.
Nostri aulico-politici ita reddere solent *ein jeder Fürst
sey Keiser in seinem Lande.* Hoc si ita est facile de Princi-
pum potestate in tributis imponendis constare poterit.
Ideoque viam ad quam ipse ordo nos perducit sequemur,
& quæ sit Comitum conditio, quæve ipsis potestas ac jura
competant, breviter exponemus.

XLIII.

Comites vero olim non in eodem quo nunc digni-
tatis gradu constituti erant. Nam (ut prima quasi incu-
nabula inspiciamus) quo tempore Romani adhuc ma-
gnam suum Imperium gessere, Germania quoque in plu-
res republ. parvas quidem, sed tamen liberas divisa fuit,
& quia non opus fuit ut multi magistratus constitueren-
tur, non alios habuerunt quam qui præsiderunt judicijs.
Tacitus etiam nullos alios agnoscit quam qui jura per
pagos & vicos dixere. Pagus vero tunc temporis deno-
tavit magnum aliquem districtum quem hodie nominamus
ein Dorff; vicus autem fuit *ein Flecken.*

XLIII.

Nullæ quippe urbes tum temporis in tota Germania
fuere, ideoq; constat hos Principes tantum præfuisse pro-
vinciis: hi vero tantùm potestatem habuerunt judicandi,
& hætenus tantùm præfuerunt. Scabini enim jus dixe-
runt,

runt,